

ea, quæ prospicit personis, & bonis; de qua fusc post alios Delbene tom. 1. c. 1. dubit. 2. Dian. part. 1. tract. 2. resolut. 1. quoad illam, quæ ad tuendos delinquentes atinet, est affirmativa communis sententia, quam sustinent Gonni supra. n. 5. Cavalcan. de brach. Reg. part. 2. n. 31. Dian. supra. par. 4. tract. 1. resolut. 44. Germon. lib. 3. cap. 56. nu. 3. Guttier. supra. n. 8. Farinac. c. 1. n. 9. Marius, Italia lib. 1. c. 2. Cardinal. Tusch. lit. 1. conclusio. 59. n. 1. Cened. Canonic. questio. q. 42. n. 1. Chartar. crimin. decis. 46. n. 34. & alii, qui, ut notant Abulens, super Jos. c. 10. q. 7. & Suar. d. c. 8. n. 11. maxime moventur ex eo, quod in lege veteri Templum Domini fuit ad illud confugiens Asylum à Deo constitutum, ut colligitur ex illo Exodi 21. vers. 13. Constituum tibi locum, in quem confugere debeat. Reg. lib. 3. & 1. versicul. 51. & cap. 2. vers. 28. ex quibus constat, Adoniam, & Joab in Templi Tabernaculum se recepisse, ut Salomonis imminetent vindictam fugerent. Ad idem probandum alia sacra testimonia faciunt adducta per Decianum ubi proxime. Unde putant quod, sicut tunc immunitas erat juris divini, ita & hodie ad illud pertinet.

11 Sed oppositum jure defendunt Suarez supra, num. 10. r. Lotter. d. questio. 13. n. 77. Delbene, Bobadill. Decian. & omnes alii quorum memini supra n. 8. ex rationibus, quibus in præfati Domin. Covarruv. innuitur, quem ceteri sequuntur. Ad fundamentum contrariæ opinionis posset responderi ex Abulens. ubi proxime, qui allerit Templum in lege Moyfi, non fuisse à Deo Asylum constitutum, cujus opinionem probabillem dicit Suarez n. 10.

Sed tenendo communem adversus Abulensem, quam Suarez, Becan. & alii probant, dicendum est, quod immunitas illa ad præcepta judicialia, seu ceremonialia pertinebat, Suarez, & Decian. ubi proxime. Bonacin. d. punct. 16. §. 2. num. 2. versic. Quod verò, Beyerlinck. in theat. vit. human. verb. Asylum. colum. 3. lit. C. versicul. Olim tamen. Quæ omnia morte Christi expirarunt, ut præfati DD. docent, Delbene supra, d. c. 16. dubit. 2. num. 5. & dixi lib. 1. cap. 17. nu. 8. Nec per Ecclesiam, vel alium suscipi possunt, ut vim legis divinæ obtineant, sic tamen ut tanquam de novo instituta observentur, & tunc nullam majorem obtinebant auctoritatem, quam potuerit illis novus legislator tribuere, ut observavi, d. cap. 17. num. 11. 12. ubi ostenditur, quomodo hoc fieri liceat. Hinc fit quod immunitas Ecclesiis Christianorum sacris Canonibus concessa, cap. inter alia, de immunitate Ecclesiarum, juris divini dici non possit, quamvis immunitas Templi Judæorum à Deo fuisset præcepta: quam differentiam advertit Becan. sup. Imò erroneum foret asserere, Ecclesiam hodie ex vi legis Moyfi immunitate gaudere, ut ait Suar. n. 10.

Ibi: Lege verò Evangelica non est hæc immunitas statuta.

12 Ita fatentur communiter omnes: nam ut Suar. n. 11. inquit neque tale jus scriptum habemus, neque ab Apostolis traditum, cum talis traditio apud Patres non sit, neque alia probabili via ostendi potest; Delbene d. dubit. 2. nu. 8. Decian. d. num. 2. in fin. Bonacin. ubi proxime, Bobadill. d. num. 3. circa fin. & alii laudati sup. num. 8.

Ibi: Quia à Christo Jesu nulla lex.

13 In Lege Gratiæ nullum præceptum imposuit Dominus Jesus, quod naturale non sit, nisi de fide, de Sacramentis, & de Sacrificio, cetera suis Vicariis disponenda reliquit, Suar. & alii omnes proxime allegati, & dixi d. cap. 17. num. 33.

14 Admonendi tamen sumus, immunitatem Ecclesiæ, juris divini, late loquendo, duplici ratione dici posse; vel limitatione, quia Ecclesiasticum jus legem divinam veterem imitatur est, Abulens. Suar. Decian. ubi proxime, vel quoniam Ecclesia à Christo Domino potestatem constituendi hujusmodi immunitatem accepit, & ea est valde conveniens generali voluntati ipsiusmet Christi, qua voluit, omnia in Ecclesia sua ordinatè disponi, & sancta sanctè tractari. Itaque immunitas mediata, & remotè, juris divini dici potest; sic Suar. d. num. 11. Ex quibus intel-

ligitur Trid. sess. 25. cap. 20. ibi: Ecclesia, & Ecclesiasticarum personarum immunitatem Dei ordinatione, & Canonicis sanctionibus constitutam. Vide sup. n. 9.

Verf. Tertia conclusio.

Immunitas Ecclesiarum est juris positivi Ecclesiastici, quæ sanctè, ac justè sacris Canonibus statuta est: quod probatur præter textus, quos D. Covar. statim adducit ex cap. eos qui. 87. distinct. ex cons. Arauscan. 1. c. 5. Trident. d. cap. 20. Bulla Gregor. XIV. edita 28. Maii 1591. quæ incipit: Cum alias nonnulli, & notant Suar. d. cap. 8. num. 11. Decian. sup. Becan. d. cap. 19. num. 9. Bobadill. ubi sup. Delbene num. 1. Guttier. practicar. lib. 1. capit. 1. num. 9. Bonacin. d. d. punct. 16. §. 1. num. 1. Beyerlinck ubi proxime, Gonni supra, num. 6. Guazzin. numer. 2. Pellizzar. d. d. sectio. 1. num. 2. & alii citati supra num. 8. Obijciuntur verò aliqua argumenta, quibus probari videtur, immunitatem Ecclesiarum non esse justè, & legitime introductam Canonicis sanctionibus, quæ adducit, & diluit Delbene ex num. 9.

A quo tempore immunitas hæc initium habuerit, non constat: probabile verò est, cum Templorum solemnitate incepta sub Imperio Constantini, quoniam tunc primò Ecclesiæ Christianorum publice edificari cœperunt, imò ab eodem imperatore introducta dicitur, de quo Suar. num. 12. Bobadill. sup. num. 16. Est tamen observandum, immunitatem prius constitutionibus Imperatorum fuisse statutam, quam sacris Canonibus stabilitam, ut notat Suar. n. 14. quod manifestè comprobatur, facta computatione temporum, quibus Canonice, & civiles constitutiones ad hanc rem spectantes fuerunt editæ: & forsan hoc provenit ex eo, quod apud Romanos Imperator immunitatem Deorum Templis concedebat, non Pontifex, Decian. d. c. 25. n. 5.

Ibi: Fussit Deus, quasdam Civitates constituit.

Hæ refugii Civitates fuerunt sex, ex quadraginta octo, quæ Levitis, & Sacerdotibus in divisione terræ Promissionis datæ sunt; tres erant citrà Jordanem, Cedès in Nephtali; Sichem in Ephraim; Hebron in Juda, Tres aliæ ultra idem flumen; Bosor in Ruben; Ramoth in Galaad; Gaulon in Manasse, ut constat Jos. cap. 20. vers. 7. Omnes aequali spatio inter se distabant, Deuter. 19. vers. 7. Erantque in montibus sitæ, ut eminè videri possent, excepta Bosor, quæ erat in plano, sed in loco patente, & conspicuo, Jos. d. cap. 10. vers. 8.

Ad eas urbes confugere poterant, qui absque dolo quemquam occiderant; hocque coram senioribus urbis probare tenebantur, ut admitterentur, d. cap. 20. vers. 2. Ibi que manebant usque ad obitum Pontificis, tunc viventis, posteaque tuti domum suam revertebantur, alioqui si ante id tempus Civitate exirent, poterant à propinquis occisi interfici, Num. 35. vers. 25. Excipiebatur autem unus casus, quo statim occisor liber, ac securus mittebatur, cum scilicet quis se justè defendendo aggressorem peremerat, ut docent Cornel. à Lapid. in d. cap. 35. vers. 15. Abulens. sup. d. cap. 20. quest. 5. Serar. ibidem, q. 2. Becan. d. cap. 19. n. 8. Pet. Greg. syntagmat. lib. 33. c. 21. n. 15.

Quæstionis est, an Gentilibus jus esset Asyli? affirmant Masius, & Magalian. Negant Abulens. & Serari. sup. d. d. cap. 20. Jos. quibus accedere videtur Becan. num. 7. qui alios refert.

Ibi: Quibus expressius convenit jus Civile.

Hoc ipsum notant Suar. Gonni, Decian. Delbene, Bobadill. & alii sup. laudati, est tamen animadvertendum, quod licet laudabiliter faciant Principes seculares statuentes in favorem Ecclesiasticæ immunitatis; hoc absolute necessarium non est, cum Ecclesia valeat per se tale privilegium Templis intuitu Religionis concedere, & fideles ad ejus observationem astringere: Suar. num. 13. 14. Bobadill. num. 16. At nihilominus maxime oportet, ut jus Ecclesiasticum principalibus decretis roboretur, ne quis audeat Ecclesiarum

Ecclesiarum immunitatem violare, timens & spirituales, & temporales penas incurere.

Ibi: Hic accedit, quod & apud veteres.

20 De Asylyis plura congerit Beyerlinck, d. d. verb. Asylum, Decian. num. 3. cum seqq. Bobadill. ex num. 4. Pet. Greg. d. cap. 2. à principio, ubi de penis violentantium Asylyorum immunitatem.

Ibi: Primus omnium Asylum.

21 Aliqui asserunt, primum Asylum Athenis constitutum ab Herculis prognatis, ut ibi se ab inimicis genitoris tuerentur, Stat. lib. 12. Thebaidos, Bobadill. d. d. num. 4. Beyerlinck sup. colum. 1. lit. A, vers. Primum Cadamus, Decian. num. 3. Pet. Gregor. n. 10.

Ibi: Hujus exemplum Romulus.

22 Asylum hoc construxit Romulus inter Arcem, & Capitolium, in loco dicto, Intermontio, ubi colebatur Deus Asylyus vocatus, & nescitur, quis ille esset, Beyerlinck lit. H, vers. Romulus, Bobadill. d. n. 4. in fine, ejus meminit Pet. Gregor. num. 9. in fin.

Ibi: Fitque Asyli mentio apud Jurisconsultos.

23 Jacob. Rævard varior. lib. 1. cap. 6. Ulpiani verba in l. 2. ff. de in jus vocand. quæ ita se habent: Neque eos, qui propter loci religionem inde se movere non possunt, refert ad immunitatem Asyli, ac legendum putat; semoveri non possunt: Ac si diceret Consultus: In jus vocare non licet illos, qui in Templo, sive Asylo sunt, quia propter loci religionem inviti ad judicium duci non possunt. Quod eruditè probat, addens, etiam servis jus Asyli commune fuisse.

Verum etiam feris Asylum esse fertur, ut in Parthenio monte Panos locus quidam, Anila nuncupatus, quod si feræ fugitivæ perveniebant, à leonibus, aut lupis eas insectantibus liberabantur; nam hi præscriptum locum ingredi rapinæ causa non audebant. Idem narratur canibus contigisse in montibus, quos Græci Menalas vocant. Venatoribus quoque non permittebatur intra lucum Dianæ feras persequi, ut ex Aristotele, & aliis refert Decian. num. 3. Bobadill. num. 4. in fine, Beyerlinck. litter. G, vers. In Parthenio, colum. 1.

Ad Num. 3.

24 Quoties dubium circa immunitatem Ecclesiarum occurrerit, etiam in foro seculari potius standum est juri Canonico, quam laicorum Principum constitutionibus, Decian. d. cap. 25. num. 6. Guazzin. sup. num. 8. Farinac. in prax. crimin. tom. 1. quest. 28. num. 6. Tusch. lit. I, conf. 59. num. 10. 26. Delbene d. cap. 16. dubit. 5. ex num. 3. Guttier. practicar. lib. 3. c. 5. n. 4. Curtelli. de immunit. Eccles. lib. 1. q. 3. n. 27. Cur. Philippic. tom. 1. part. 3. §. 12. nu. 49. Boër. decis. 109. n. 3. Ratio est, quoniam hæc materia Ecclesiastica, quæ pertinet ad Religionem, cum debitis honor, & reverentia locis Deo dicatis exhibeatur, atque ita principaliter circa eam Pontifex jurisdictionem habet, cujus leges quoad hoc vim majorem obtinent, quam Principum constitutiones, Suar. n. 14. Sed advertendum est, quod, si dubia sit aliqua juris Canonici dispositio, circa immunitatem, ea pars sequenda erit, quæ lege aliqua civili Principis Catholici comprobata reperitur, Decian. ubi proxime. Farinac. de immunit. c. 2. n. 31. Delbene ex num. 5. qui post Farinac. notat, eam declarationem, seu interpretationem per judicem Ecclesiasticum fieri debere; quod non videtur necessarium, cum laicus de immunitate cognoscit, veluti apud nos in Cancellariis, ac Supremis. Tribunalibus Regiis, per viam violentiæ.

Ad Num. 4.

Ut Ecclesia immunitate gaudeat, sufficit auctoritate 25 Episcopi constructam esse, licet consecrata non sit; Suar. d. d. lib. 3. cap. 9. num. 1. Delbene dubit. 9. à princip. Gregor. Lop. in l. 4. glof. 2. titul. 11. part. 1. Sanch. consil. moral. lib. 6. cap. 1. dub. 7. num. 2. Jul. Clar. in prax. crimin. §. fin. quest. 30. num. 4. Filliuc. tract. 15. cap. 6. quest. 5. num. 150. Farinac. tract. quest. 28. num. 346. & de immunit. cap. 17. num. 26. Bonacin. d. quest. 3. punct. 16. §. 4. num. 2. Guazzin. d. defens. 1. cap. 37. num. 23. Tusch. lit. I. conc. 59. n. 24. Paz in prax. tom. 1. part. 5. cap. 3. §. 3. num. 24. Cur. Philip. sup. n. 1. Bobadill. plures referens, d. c. 14. num. 49. Pellizzar. n. 4.

Ex quibus regula constituenda est, quod ad hujusmodi 26 immunitatem nihil aliud requiritur, nisi quod locus per Prælatum dicitur ad Divinum cultum, quod fieri solet per impositionem solemnem primi lapidis in templi ædificatione, quare curandum non est de benedictione, aut Sacrorum celebratione ad hunc effectum. Ita etiam cum pluribus Dian. part. 6. tract. 1. resolut. 1. vers. Præterea ad confirmationem, Germon. sup. lib. 3. c. 16. à n. 23. Ludovic. Correas in relection. d. cap. inter alia, part. 2. n. 8. de immunit. Ecclesiar. Pellizzar. ubi proxime.

Quod ita verum est, ut, si antequam ædificium perficiatur, 27 delinquens confugerit ad locum, ubi Ecclesia construitur, immunitate gaudeat, Dian. ubi proxime. Farinac. de immunit. cap. 17. n. 261. Delbene dubit. 9. sect. 2. Pellizzar. sup. nu. 4. qui n. 7. idem de monasterio probat, Abbas in cap. Ecclesiar. n. 5. de immunit. Ecclesiar. Sanch. de matrimon. lib. 9. disp. 15. n. 39. Anchar. in d. cap. Ecclesiar. n. 1. Mari. Italia lib. 1. cap. 3. §. 3. n. 15. cum seqq. Qui limitat, si cellatum sit in ædificio: quam limitationem merito rejiciunt Dian. Delbene, Farinac. Sanch. ubi proxime, Cast. Palao, tom. 2. tract. 11. d. d. 1. punct. 6. num. 4. Erit tamen admittenda, si ita opus derelictum fuerit, ut nulla subit spes, quod in posterum perficiatur, sicut de ædificio Sacro diruto dicitur; quod si restitui speretur, immunitate non caret, alias secus, Dian. cum aliis sup. vers. Verum affirmativa, Farinac. num. 260. Delbene sup. sect. 5. Tusch. lit. E, conc. 9. num. 20. Sanch. ubi proxime, num. 37. & d. dub. 7. num. 2. Bobadill. ubi sup. Italia d. §. 3. num. 4. Bonacin. sup. num. 4. Decian. num. 22. Gonni fol. 95. ampliat. 20. col. 3. num. 5. Paz. num. 38. Clar. num. 6. Guazzin. num. 34. Pellizzar. sup. Qui omnes docent quod, si Ecclesia destruat auctoritate Episcopi, alteriusve Prælati habentis potestatem; aut absque ea, sed sublata reedificationis spe, locus immunitatem amittit: non sic quando Superioris auctoritas non interveit, & speratur ædificium restitutum; tunc enim licet funditus Templum everratur, locus ipse Asylum delinquentibus adest, de quo disputat Gonni sup. ex n. 1.

Ecclesia itidem polluta nondum reconciliata immu- 28 nitatem confugiens probat, Delbene sect. 3. Farinac. d. d. cap. 17. num. 29. Suar. num. 6. ubi rationem reddit, Tusch. d. conc. 9. num. 9. Diana sup. vers. Nota secundo: Mar. Italia num. 7. Bonacin. d. §. 14. num. 3. Pellizzar. sup. Similiter interdicta Ecclesia non privatur immunitate, Suar. Dian. Bonacin. Tusch. Italia, ubi proxime, Farinac. num. 259. & d. quest. 28. num. 35. Delbene sect. 4. Clar. num. 5. Decian. d. num. 20. Guazzin. num. 33. Cur. Philip. num. 15. Pellizzar. d. num. 4. Quod limitat Decian. quoad eos, propter quos locus interdictus est, sed ejus sententiam improbant Dian. Guazzin. ubi proxime, Peregrin. de immunit. cap. 4. num. 14. & alii communiter. Ratio est, quia per pollutionem, vel interdictum, sanctitas loci non amittitur; nec in jure reperitur cautum, quod propter illa, Ecclesia immunitate careat, licet verum sit Divina officia ibi celebrare; hoc enim cum penale sit, ampliandum non est. Videantur Suar. & Delbene sup.

Idem scribit de Ecclesia constituta in Civitate ab 29 hostibus infidelibus capta, Guazzin. numer. 32. post Decian. d. lib. 6. cap. 24. num. 25. Quod limitari potest, quia si Ecclesia ad impios ritus, vel usus profanos deteriat.



deserviat, perinde est, ac si absque spe reedificationis esset diruta, quemadmodum enim locus hoc casu immunitatem amittit, eo quod ibi Divina celebrari non possunt, nec subest spes quod celebrentur; ita materiale aedificium profanatum, cum Divinus cultus in eo reddi non possit, nec probabiliter speretur quod reddatur, immunitatem non obtinebit; pro quibus facit l. cum loca 36. ff. de religiof. & sumpt. funer.

Posset tamen jure Guazzini opinio sustineri, si Templum non esset profanitate pollutum, cum non perdat sanctitatem ex eo solum, quod apud infideles sit; & quamquam Divina peragi non liceat, hoc est per accidens, non ex defectu loci. Nec refragatur dict. l. cum loca. Cui respondendum est, tum quod fundatur in praesumptione, quoniam sacra loca profanata ab hostibus credebantur, tum quod Ethnici sacra profana fieri putabant, quia eorum dominium ad homines jure belli transferebatur, & Sacrorum naturae repugnabat, in bonis alicujus esse, cum nullius in bonis esse dicerentur; l. 1. l. in tantum 5. §. Sacra. ff. de rer. divis. Nos autem veri Dei cultores, qui scimus ejus esse terram, orbem terrarum, & universos, qui habitant in eo, Psalm. 23. consequenter fateamur, loca sacra, etsi apud infideles sint, sub speciali Dei dominio permanere, donec per alios cultores, vel usum profanentur, atque ita indigna fiant, ut ibi Divina peragantur, ad quod dicata fuerunt. Imò ex praemissis dicendum videtur, quòd si Ecclesia profanata ad Christianos redeat, ut immunitate gaudeat, debet denuo per Praelatum ad Divinum cultum destinari benedictione, vel alio quovis actu, per quem restituta, & reconciliata censeatur, licet ex d. l. cum loca, contrarium colligatur, quae quasi jus postliminii locis Sacris competere ait.

Ibi: Tametsi plurimum hac in re valeat consuetudo.

30 Quoad immunitatem Ecclesiarum plurimum valet consuetudo, quae maxime attendenda est, Suar. d. cap. 9. num. 7. cum seqq. Farinac. d. quest. 28. num. 12. Fagund. part. 2. lib. 4. cap. 4. n. 61. Clar. d. quest. 30. num. 1. cum aliis. Bobadill. d. cap. 14. num. 22. in fine, Marta de jurisdiction. part. 2. cap. 51. num. 23. Paz sup. num. 29. August. Barbof. de jur. Ecclesiastic. univ. lib. 2. cap. 3. num. 82. Fontanella decisio. 200. 201. Decian. dict. lib. 6. cap. 28. n. 6.

31 Sed contrarium: scilicet non esse consuetudini standum, quae sit adversus Ecclesiasticam immunitatem, tuerentur Bonacin, dict. quest. 3. punct. 16. §. 5. num. 2. Guazzin. d. de sens. 1. cap. 34. num. 5. Delbene dubit. 6. ex n. 3. qui priorem sententiam probabilem fateatur, à num. 23. Guttier. practicar. lib. 1. quest. 1. num. 11, 12. Dian. part. 6. tract. 1. resolut. 29. Gonni fallent. 27. num. 6. fol. 106. col. 1. & alii apud Delbene num. 22. qui ibidem & Diana sup. testantur, nominatim contra D. Covar. tenuisse S. Rotam 20. Julii 1636.

32 Pro quarum opinionum conciliatione, placet distinctio communiter probata, quae habet, non posse consuetudine introduci, ut in aliquo loco Ecclesia prorsus careat immunitate, cum hoc sit irrationabile, & contrarium bonis moribus, ac reverentiae, quae Templis Deo consecratis debetur; argument. cap. fin. de consuetudin. Bene tamen permiffum esse, ne in aliquo casu, vel loco, reus immunitate Ecclesiastica gaudeat, si ita consuetudo legitime praescripta obrinerit, quae ex rationabili causa poterit sustineri; ut agens de immunitate Ecclesiastica quoad personas Clericorum, resolvit D. Covar. practicar. cap. 31. num. 5. quem sequuntur Castill. de Tertius, cap. 12. num. 34. Garcia de Nobilitate, glos. 9. à num. 44. Farinac. in prax. quest. 8. nu. 3. Gratian. disceptat. cap. 340. num. 39. Cened. in Canon. quest. 4. num. 3. Sesse de inhib. cap. 8. §. 3. num. 246. 147. 155. 156. Pereira de man. Regia part. 2. cap. 69. n. m. 19. Roderic. de ann. red. dirib. lib. 1. cap. 12. num. 58. 62. 65. Clar. d. §. fin. quest. 30. num. 3. Qui, & alii plures docent per consuetudinem

posse immunitati Ecclesiasticae in aliquo casu particulari derogari. Vide Lotter. de re beneficiar. lib. 1. q. 13. ex n. 76.

Est quaestio, an per Bullam Greg. XIV. & Concil. Trident. d. sess. 25. c. 20. fuerint sublatae omnes consuetudines antea legitime praescriptae: de quo Delbene dubitat. 7. qui cum pluribus affirmat, etsi alii negativam sustineant; quos idem refert, num. 3. vers. Quamvis contrariam; & circa omnia praemissa consulas Bonacin. Guazzin. sup. Delbene dict. dub. 6. & 7. Dian. dict. resolut. 29. In Hispania verò eam Bullam, usum non esse receptam testantur Portell, in dubiis Regular. verb. Eccles. immunitas, num. 9. Dian. part. 1. tract. 1. resolut. 39. atque ita consuetudines legitime praescriptae observantur absque dubio.

Ibi: Et praeterea praecavendum.

Immunitatem Ecclesiarum strictè esse interpretandam, ne improbi ea freti delinquendi occasione arripiant; cum D. Covarruvias docuerit Cortell. supra. quest. 4. num. 28. Decian. d. c. 28. num. 6. Bobadill. n. 93. Paz. n. 26. Farinac. d. q. 28. n. 73. Clar. d. q. 30. num. 3. vers. Hujusmodi autem.

Oppositum verò pluribus placet, qui ea ratione moventur, quoniam agitur de favore Ecclesiae, qui ampliandus est, non obstante, quod privilegium sit, cum corpori juris insertum reperitur; Delbene dub. 3. Suar. dict. cap. 9. num. 13. Marc. Ant. Genuens. in prax. Archiep. Neap. cap. 22. n. 2. in fin. & cap. 94. Mar. Ital. Sicil. decis. 156. n. 41. Pelliz. sup. Sed dici potest in delictis atrocissimis immunitatem restringere oportere, ut D. Covar. videtur.

Hinc dubitari solet, an qui committit similia, vel atrociora crimina, quam in jure, sive in d. Bulla Gregor. XIV. excipiuntur, immunitate privetur per restrictionem privilegii, & exceptionis extensionem: de quo infra, n. 147.

Ibi: Cum oporteat audaciam reprimere.

Hoc notant laudati sup. numer. 34. quibus adde Guaz. dict. cap. 34. num. 1. Petr. Gregor. syntagm. lib. 33. cap. 22. num. 3. Ex hac ratione Tiberius Caesar omnibus Alys immunitatem abstulit, quam postea solum Samiae, Junonis, & Aesculapii delubris restituit, Bobad. n. 6. Tacit. lib. 3. Decian. sup. cap. 25. num. 5. Bajard. ad Clar. d. q. 30. num. 32. Beyerlinck sup. col. 4. vers. Tiberius Caesar. Hinc Aug. Caesar Ephesiae Dianae Aylum irritum fecit, quoniam plurimi ad illud confugiebant, Beyerlinck vers. Augustus Caesar, ex Strabon. lib. 14. & Sylv. lib. 77. Asia. Hinc Sixtus V. domibus, seu palatiis Cardinalium immunitatem sustulit, Bajard. sup. numer. 33. Quapropter justè invenit post plures, quos allegat Bobadill. sup. n. 93. & c. 18. num. 109. in Judices Ecclesiasticos, dum confugièntes ad Ecclesiam indistinctè tueri conantur, etiam si crimina excepta perpetraverint, qui testatur, nunquam per viginti quatuor annos, quibus judicandi munere functus est, vidisse, Judicem Ecclesiasticum se nisi compulsam inhibuisse.

Ibi: Qua ratione aliquot in urbibus.

Alicubi consuetudine receptum est, ne loca pia gaudeant immunitate, in quibus Augustif. Eucharistiae Sacramentum continuò non existit, ut praeter D. Covar. observat Farin. dict. quest. 28. num. 69. Guaz. c. 37. n. 5. Clar. d. q. 30. nu. 3. vers. Hujusmodi. Imò jure desiderari continuam Sanctif. Sacramenti observatione sentit Germ. lib. 3. cap. 16. num. 26. Tusch. lit. E. conc. 9. num. 19. Sarp. de Aysl. immu. cap. 4. fol. 39. quos laudat Delbene dub. 9. sect. 1. num. 4. vers. Nonnulli tamen, & inter eos D. Covar. praesenti, & Clar. ubi proximè, enumerat; qui tamen solum asserunt ita ab aliquibus Praelatis observari potius de consuetudine, quam de jure, secundum quod verum est,

est, Templa immunitate gaudere, etiam si illud venerabile Sacramentum, ibi perpetuo non custodiatur: ut resolvunt praeter Delbene, Farin. sup. num. 34. & de immu. c. 17. num. 254. Dian. p. 6. tract. 1. resolut. 1. vers. Ad id vero, Mar. Ital. lib. 1. c. 4. §. 3. num. 5. Castil. Palao. sup. tract. 11. punct. 6. n. 2. Bonac. sup. §. 4. n. 2. Gambac. lib. 3. c. 4. & 5. ubi consuetudinem in contrarium reprobatur, cui accedit Dian. sed ea à plerisque probatur, & expressim à Delbene n. 5.

Vers. Tertio, constat.

39 Quid nomine Ecclesiae comprehendatur, cum de immunitate locali, quoad delinquentes agitur: exponunt Suar. d. lib. 3. c. 9. Decian. c. 24. Dian. d. res. 6. Bonac. d. §. 4. Delbene dub. 9. Clar. d. quest. 30. Bobadill. eod. c. 14. Pelliz. sup. num. 4. & alii sup. laudati. Ex quibus constat hospitalia, Monasteria, & alia quaevis loca pia Episcopi autoritate constructa habere immunitatem, non solum in locis ipsi, ubi Sacra fiunt, sed etiam in omnibus, quae intra septa Ecclesiae, Monasterii, aut hospitalis continentur, ut claustra, horti; Dian. sup. res. 6. vers. Et tandem, Suar. n. 6. Farin. c. 17. n. 268. Palao n. 18. Paz. sup. num. 32. & alii apud Delbene sect. 11. ubi quid de turri separata à fabrica Ecclesiae, ubi sunt campanae: & non gaudere immunitate resolvit, ut nec Grangiae, sive parvae domus Religiosorum; quod docuit Barbofa d. lib. 2. de jur. univ. vers. cap. 3. n. 74. 75. vide Pelliz. n. 6.

40 Eit notandum. Primum, immunitate defendi eum, qui supra tectum loci sacri constituitur, cum intra ambitum ejus sit, Delbene sect. 6. numer. 9. Suar. num. 8. Farinac. dict. quest. 28. numer. 14. & cap. 17. numer. 272. Fagundez in precept. Eccles. precept. 2. libr. 4. capit. 4. num. 63. Mar. Italia d. cap. 4. §. 9. n. 24. Dian. part. 6. tractat. 1. resolut. 3. vers. scilicet. Quod autem, ubi alii.

Secundum, Hospitalia immunitatem habere, si Episcopi autoritate construuntur, quamvis in illis nunquam divina celebrentur, Tusch. lit. E. conc. 10. num. 2. Dian. dict. resolut. 6. vers. Dicendum est igitur, Guazz. dict. defens. 1. cap. 37. n. 28. Clarin. controvers. forens. c. 116. per tot. Delbene sect. 10. n. 4.

Tertium, quòd etsi non constet, Hospitalia vel Capellam, vulgo Hermita, aliamve locum Religiosum Episcopi autoritate fuisse fundatum, tamen si campanile habeat, & publice in eo divina peragantur, privilegio immunitatis gaudebit, cum diu ita observatum est, & Praelati consensu comprobatum, nam ex diuturnitate temporis autoritas Episcopalis in erectione intervenisse praesumitur, Decian. d. cap. 25. num. 19. Dian. dict. resolut. 1. vers. Sed non est verum, Gonni fol. 87. ampliat. 1. numer. 9. Bonacin. dict. §. 4. num. 15. Sanch. de matrimo. lib. 9. disp. 15. num. 59. & alii.

Ad Num 5.

41 Ecclesiae immunitas ultra septa intra 30. vel 40. passus de jure extenditur, ita ut intra id spatium delinquens capi non possit: hoc verò de consuetudine non servatur, de quo Gregor. Lop. in l. 2. glos. 5. tit. 11. part. 1. Delbene omnino videndus, dict. dub. 9. sect. 8. Farinac. d. q. 28. num. 14. & de immunitat. cap. 18. num. 284. Suarez sup. num. 8. Germo. d. lib. 3. cap. 16. num. 38. Bonacin. ubi proximè, n. 6. Clar. n. 2. Dian. resolut. 2. per totam, Bobadill. num. 81. Decian. cap. 24. num. 29. & cap. 25. n. 9. Pelliz. supra, n. 3. Petr. Gregor. num. 4. Guazzin. supra, n. 6. Tusch. d. conclus. 10. num. 4. §. 5. ubi negat consuetudine posse immunitatem quoad circuitum praedictum sabrogari, quod nervosè defendit Diana alios referens. Sed à communi sententia recedendum non est, quam praeter omnes ferè proximè laudatos, amplectuntur Palao ubi proximè, num. 15. Navarr. in man. c. 25. n. 18. Fagundez dict. cap. 4. num. 61. Ambrosin. c. 10. num. 4. Delbene dubitat. 6. n. 25. Paz supra num. 34.

42 Quoad praefatam immunitatem sciendum est, Ecclesiam matricem, sed Cathedralè habuisse quadraginta passus ultra septa, intra quos delinquens tutus erit; reliquae ve-

ro triginta duntaxat, c. sicut antiquitus 6. 17. q. 4. Suar. sup. Pelliz. n. 4. Delbene d. sect. 8. n. 1. Gonni sup. num. 1. Decia. d. c. 25. nu. 9. Qui passus dinumerabantur olim à candelabro, quod erat in Ecclesiis, Oldr. conf. 55. quem refert Decian. ubi proximè, sed à parietibus, vel septis Ecclesiae sunt numerandi, atque ita caemeterium in illis passibus comprehenditur, Decian. c. 24. n. 29. Guazz. n. 10. 13. Bonacin. ubi sup. licet Delbene n. 5. contra sentiat asserens, quòd si caemeterium sit Ecclesiae contiguum, ab eo sunt praedicti passus numerandi.

Hi passus habent immunitatis jus, ut delinquentes in Ecclesia non sint ita reclusi, ut exire ad necessarios naturae usus absque periculo non valeant, cap. definitio 35. 17. q. 4. Gregor. Lop. sup. Delbene num. 8. qui num. 9. ex aliis notat, quòd si intra eos passus non invenietur locum aptum, posset reus ulterius tutus progredi, statimque reverti, ex quo fit, ut, qui nunquam ad Ecclesiam pervenit, sed intra 30. vel 40. passus extra caemeterium capitur, immunitate non gaudeat; nam hoc privilegium illis solum prospicit, qui jam sub praedio Ecclesiae sunt, ut ibi valeant permanere: sic aperte colligitur ex d. cap. definitio; & notant Delbene num. 7. ubi alii, Castil. Palao sup. dict. tract. 11. punct. 6. Joann. Vilchis de immunit. num. 12.

Ultimo notandum est, juxta communem sententiam, immunitatem praedictam non competiisse Ecclesiam intra muros civitatis, vel oppidi collocatis, ut ex pluribus resolvit Delbene n. 6. qui contrarium probabile sentit, quod rectè probat Dian. sup. vers. Sed hac opinio, ubi Peregri. Farinac. & Ambrosin. & Italiam allegat; quibus D. Covar. accedit limitans, quando intra castella Ecclesiae sunt sita propter angustias loci, cui attentione Tusch. lit. 1. conc. 56. num. 18. 19. Dian. dict. resolut. 2. vers. At his non obstantib. quod habetur in c. quisquis, 17. q. 5.

Ibi: Passus verò.

De passuum computatione differunt Guazzin. n. 11. cum seqq. Bonacin. n. 9. Farin. de immu. c. 18. num. 286. Delbene d. sect. 8. n. 3. Tusch. lit. E. conc. 9. n. 2. Qui contra D. Covar. affirmant pedem, quindecim digitis constare, sequenti Glos. verb. Passus, in dict. cap. sicut antiquitus, ubi August. Barbof. in collectan. num. 5. plures alios laudat.

Caemeterium tamen Ecclesiae contiguum, vel ab ea separatam, immunitatem obrinet; Delbene cum pluribus d. dubit. 9. section. 9. à prim. ip. Suarez dict. cap. 9. numer. 8. Gonni fol. 90. ampliat. 4. à princip. Farinac. dict. quest. 28. num. 14. Guazz. num. 15. Dian. part. 6. tract. 1. resolut. 6. vers. Et incipiendo, cum sequentibus. Paz. numer. 33. Palao sup. num. 16. Bonacina numer. 5. Decian. cap. 25. numer. 10. Pelliz. dict. numer. 4. Bobadill. numer. 81. & ita constat ex cap. fin. de immunit. Eccles. & d. 2. titul. 11. part. 1. Imò ostium, & porticus caemeterii eadem immunitate gaudent, scripserunt Delbene num. 4. Diana vers. Et hac opinio, Gonni fol. 91. ampliat. 7. num. 4. Praeterea caemeterium interdictum, vel pollutum, eodem privilegio non privatur, quemadmodum de Ecclesia dictum est; Dian. vers. Nota etiam, Delbene num. 6. Ut autem caemeterium ita privilegiatum sit, necesse non est, quòd per Episcopum fuerit benedictum; satis enim est, quòd de ejus licentia aliquis Christianus cum Ecclesiasticis officiis, volente Domino, in loco sepeliatur, cum per hoc Religiosus efficiatur, & ad pium usum deputetur; Dian. dict. vers. Et hac opinio, in fin. Delbene n. 5. Bonacin. d. n. 5. Quidquid teneat Decian. c. 24. n. 28.

Similiter ostium, & porticus Ecclesiae eandem obtinent immunitatem, quoniam ejusdem sacri aedificii pars censentur, Dian. part. 6. tract. 1. resolut. 1. vers. Sed quare, & res. 3. vers. Sed iste author, Gonni ampliat. 7. & 8. Delbene late dict. dubitat. 9. section. 6. & 7. Bonacin. ubi proximè, Suarez num. 7. & 8. Decian. dict. cap. 25. nu. 12. 17. ubi de domibus privilegiatis per Principem laicum, Guazzin. numer. 17. Farinac. dict. questio. 28. numer. 14. Pelliz.: